



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

II. An Sacmenta conferant gratiam ex Opere operato?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

c 25. Facilius inueniuntur heretici, qui omnino non baptizent, quam qui non illu verbus baptizent.

LUTHER VS I. de capt. bab. c. de bapt. plus omnibus auder: Quocunque modo, ait, tradatur baptismus, modo non in nomine hominis, sed in nomine Domini tradatur, vere saluum facit. Imo non dubitem, si quis in nomine Domini suscipiat, et si impius Ministr non det in nomine Domini, vere baptizatum esse in nomine Domini.

Attamen hanc sententiam anno 1535. retractavit homilia 1. de bapt.

BRENTIUS tamen in Catechismo suo, & CINGULVS I. de vera & falsa relig. c. de bapt. præscriptam baptismi formam haud multum curant.

PAPISTA. Cetera omnis Sectario-rum turba hanc temeritatem auersatur; non tamen, quo nos, ex principio. Illi, quia nullum placere Deo cultum volunt, nisi quem ipse instituit: cetera esse ēθελοθεσην ēτιαν. Nos quia Sacra menta noūx legis sunt causa gratiæ, at hanc dare solius Dei est: ergo & Dei, determinare Essentialia Sacramentorum.

2. In vetere lege Deus determinauit ritum Circumcisionis, Gen. 17. Agni paschalisi, Exod. 12. quæ solum typica erant nostrorum Sacra menta, legale mque gratiam afferebant: quō magis vera oportuit determinari, Vide D. Tho. 3. q. 60. ar. 5.

Res igitur & Verba immutabiliter designauit Autor ipse Sacramentorum; præterim quoad verborum substantiam integratatem, constante sibi sensu præscriptorum.

Accidentalis integritas in verbis læsa nil officit: nisi fiat animo nouum introducendi ritum in Ecclesiam. &c. Porro vide in meo Lutherio-calvin. parte

3. question. 6.

\* \*

.

.

.

## QVÆSTIO II.

An Sacra menta conferant gratiam ex opere operato?

HÆRESIARCH. MASSALIANI anno 51. exoriuit in Mesopotamia; damnati in Conc. Orient anno 417. docebant, telle Damasc. n. l. de heretib. Sacra menta accepta animi fides non expiriare, sed preci, quæ illis recte fundantur.

ARMENI & Cathari idem.

LUTHER ANI: Sacra menta volunt nullum immediatè habere efficientiam gratiæ; sed nulla esse signa: mediatè tamen repræsentanda excitare fidem, quæ iustificet.

PAPISTA. Sacramentorum & Signa & Verba sunt tum significativa, tum Practica & effectiva gratiæ iustificantis, prælupposita tamen fide.

1. Teste Scriptura multiplice in meo Antichristop. 2. q. 4. & 1. Pet. 3. Nos simili forma fatus facit baptisma, qua seil, olim Noe per aquam vere seruatus est cum octo animabus. Non carnis deposito fodi um, ut in Circumcisione corporali; sed in anima conscientiæ bone, iam expiatæ, interrogatio in Deum. Quanta typi ac ventatis distantia?

2. Paritypo Gen. 1. Spiritus Dominus rebatur super aquas, ut eas fecundaret à pisibus ceu vitales: Nemirum sit in baptismo si aqua animare possunt, ait Tert. lib. de bapt.

3. Omnes, i. Cor. 10. in Moysē baptizati sunt in nube, & in mari. Et & omnia contingebant illis figura, baptismo scilicet. At in maris rive submersi sunt Ægypti, saluatus vero Israhel: sic in baptismo peccata per eunt, saluantur animæ.

Similes figuræ agge, it b. Marmin. 5. 1. cap. 4.

4. Ra-



4. Ratio faret. i. Sacraenta sunt instituta ut dent certitudinem remissionis peccatorum. Non *Infallibilem*, ut hæretici volunt, Luth. *de Capt. bab. c. de bapt.* Klem. &c. Nec tamen *dubiam*; sed *Moralem*; quoad nos, qui ponere obicem possumus; quoad Sacramentorum autem efficaciam ex opere operato. *Certam* infallibiliter, ob Christi institutionem. Cui tamen & in conferentis intentione defectus accidere potest. Quare ea operantur non solum obiectum repræsentando, sed vere efficiendo.

2. Quia Verbum prædicatorum facit fidem, *Fides enim ex auditu est*: Rom. 10 at Sacraenta prærequirunt, saltem in adultis A&8. *Sic credis et totum corde, licet baptizari*. Itaque hæc quid conferunt, quod prævia fides non contulerat reale ac necessarium.

3. Quacunque lingua non intellecta dentur Sacraenta, efficaciter dantur; at verbum non intellectum nil excitat fidem.

Non ergo operantur more concionis, sed modo ex ipsis manante. Caluinus *Ist. 4. c. 15. §. 15.* Melanch. in *Loci de bapt. istudi*: *Ego te baptizo &c.* Sic exponere coguntur: *Ego te scilicet tibi remitti peccata. Vnde meum Lutherocal. p. 3. q. 13.*

### QVÆSTIO III.

*An, & quale quid sit Character Sacramentalis?*

**H**ÆRESIARCH. IAN. VVICLEFVS, teste Thoma Valden. 10. 2. *de Sacram. c. 109.* dicit: Charactem Sacramentalem nec affirmat Scriptura, nec ratio probat.

**CALVINVS** in *Antidoto* *sess. 7. Cán. 9.* Klem. & Heshusius &c. Lutherani similiter.

**PAPISTA.** At Scriptura eum affirmat, in meo *Antichristop. 3. q. 6.* Et ratio, in meo *Lutherocalvin. par. 3. quest. 15. & 16.* probat eundem: & assertunt S. Patres hic,

S. Dionysius lib. de Ecclesiasticis hierarchis. cap. 2. *Baptizatum diuina Maiestas in sui consuetudinem admittit, eique lucem suam perinde ac signum aliquod tradit.*

S. Cyril. in *Catechesi 4. Sp. Sanctus tempore baptismi animam tuam obsignat.*

Basil. *Orat. 13. Quomodo vendicat te Angelus sibi: si non agnoverit signaculum?*

Chrysost. hom. 2. in Eph. *Characterem Sp. Sancti nos insignavit. Signati sunt & Israelites; sed circumcisio notata, ut peccata nos autem ut filii, Spiritu Sancto.*

Aug. lib. de bapt. c. 1. dicit datum in hæretico baptismo characterem, sed iam conuerso, *agnoscipotius, quam improbari.*

## DE BAPTISMO.

### QVÆSTIO IV.

*Quæ Materia sit & Forma debita Baptismi?*

1. **H**ÆRESIARCH. I. MANICHAET, teste Aug. de *her. c. 46.* execrabantur aquam: quod corpora omnia à diabolo procreata dicarent;

2. *Martianista*, quod a malo principio.

3. *Seleuciani*: quod aquæ baptismus esset Ioannis: Christi in Sp. S. & igne teste Aug. de *her. c. 59.*

4. *Iacobiti* ideo fecero candente crucem frontibus inurebant: teste Luxenburgio in *catalo. her.*

5. *Pauliciani* pro aqua substituebant hæc verba: *Ego sum aqua viva.*

